



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

39. Videns Centurio quia sic clamans exprasset, ait: Verè hic homo filius
Dei erat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

IN MARCI CAP 15.

39. *Videns Centurio quia sic clamans expirasset, ait: Verè
hic homo filius Deicerat.*

EX P O N E N S hēc verba Caluinus, ait non insolitu tam um vigorem qui ad mortem .sque integer perstiterat, sed potius constantem in Dei nomine inuocando perseuerantiam à Centurione laudatam fuisse. Vt cunque hic posterior sensus minus probabilis videatur, quum hic Centurio homo gentilis & incredulus de perseuerantia in Dei nomine inuocando parum sollicitus fuisse videatur, & altera expositio prior omnium ferē interpretum communis sit, & literæ conformior; quando ille clamor ab Evangelista notatus non de inuocatione sed de ipsa expiratione Christi loquatur (ait enim Marcus, *Emissa voce magna expirauit: videns autem Centurio quod si clamans expirasset, id est, tam firmis lateribus & tanto corporis vigore quasi adhuc integer anima posuisset) tamen huiusmodi est*, vt à Caluino tanquam verior delectus, contra aliam Caluini blasphemiam circa Christi Passionem imprimis faciat. Si enim constantem in Dei nomine inuocando perseuerantiam Christus tenuit, quod haud dubie est verissimum; quomodo in verbis Christi paulo præcedentibus, *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* vox desperationis Christo elapsa est, & horrore corruptus quasi Deo aduerso iam esset exitio deuotus illa verba protulit, que omnia & tertiora Caluinū Christo affingere ad illa verba super Matthæum declarauimus? Hæc ipsa Caluini confessio ad alteram illam blasphemiam

Caluini
blasphemia ex
scipso re-
futata.

Ad
Matth.
cap. 27.
vcr. 47.

G g 3 miam

miam eius refutandam sola sufficit. Illa quoque alia homini*s* imp*i* verba, quibus ait, illa Marci verba tractas, *Pater, omnia tibi possibilia sunt,* Christo in horto oranti *nihil spei fuisse, ut in rebus deploratis fieri solet,* ex eadem hac eius confessione luculenter refutantur. Si enim constans in Christo erat in Dei nomine inuocando perseverantia, profectio semper erat in Christo spes firma (neq*z* enim Dei nomen inuocat, qui non sperat) fall*sumq*z** & blasphemum est, *nihil spei Christo fuisse, sicut in deploratis rebus fieri solet,* quum in horto Patrem inuocaret. Ita ad Caluini blasphemias refutandas ipse nobis Caluinus sufficit: quia aliqua interd*ū* vera etiam mendacissimus loquitur, & suorum alioqui mediorum magistri mendaces par*ū* sunt memores.

IN MARCI CAP. 16.

16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.*

REPTIT hoc loco Caluinus pernici-
sam illam doctrin*ā* suam quam ad Matth.
cap. 28. tradiderat, quod & illo loco anno-
tavimus, contra baptis*m* à Christo instituti fru-
ctum ac necessitatem. *Tenendum (inquit) est, non ita*
De necessitate baptis*m*. *necessariè requiri ad salutem baptismum, ut perire necesse sit*
quicunque eum adopti non fuerint. Neque enim hic fidei ad-
iungitur tanquam dimidia salutis causa, sed ut testimonium.
Fateor quidem hominibus necessitatem imponi ne signū gra-
tiæ Dei negligant; sed quamvis pro eorum infirmitate talie
bus adiumentis utatur Deus, obstrictam esse eius gratiam
nego. Hoc modo non simpliciter necessarium esse dicemus,
sed tantum obedientie nostrae respetu. Hæc ille. Si quis
contra necessitatem baptis*m* scribit, aperte in
adultis tantum locum habere significasset, quos
a liquando in Christum credentes, & baptismum
toto corde expetentes, necessitas aliqua ex hac
vita